Capanus aſtronom'

Maleſica quedā auguriatrix. in anglia fuit quā mortuā demones horribiliter extraxerūt. dū clerici pſallerent Et imponētes ſup equū terribilē p aera rapiūt. Clamores quoq3 terribiles (vt ferūt) p q̄tuor ferme miliaria audiebāt

Temporib' quoq3 heinrici tercij imperatoris eccl'ia glorioſe reſurrectionis in hieruſalem. q̄ ab arabibus deſtructa fuerat. a fidelibus reedificata fuit. Poſtq3 ei egiptiorū potentia contra perſas inualeſcere cepit. an̄ thurcorum aduentū ab egipto in anthiochiā regiones vniuerſas occuparūt. Urbs quoq3 ſancta cū adiacente regiōe in eor deuenit poteſtatem. Inde p̄fectus calipha om̄i impietate plen' deo 7 hominib' odibilis. inter cetera nephanda eccliam dominice reſurrectionis (que per venerabilem viruz maximū eiuſdē loci ep̄m p̄cipiente conſtantino magno auguſto edificata fuerat. poſtea per modeſtum tempe heraclij imperatoris inſtaurata) funditus deijci mandauit. Diruta ē autē āno ab incarnatione domini. M. xviij. quo tempe ei prefuit vir ſincerus hereſtus nomine eiuſdem tyranni auūculus: mr̄is eius frater. Inde cōditio fideliū ex dolore meſtiſſimo 7 pluribus augurijs in peius ſe vtit. Exempto rebus humanis p̄ſcripto tyranno. filius eius dahermitius ex petitione cōſtantinopolitani agere cepit. reedificandi poteſtatē fidelib' conceſſit. Cum autem vires xp̄ianorū in hieroſolima p inſtauratione non ſufficientes eſſet habita petitione ad imperatorem conſtantinopolitanum. Is de p̄prio fiſco ſumptus neceſſarios miniſtrari p̄cepit. Eāq3 vt nūc eſt eccliam ſancte reſurrectionis anno ab incarnatione dn̄i. M. xlviij. miro ardore reedificarūt.

Guido muſicus

Hugo abbas

Campanus celeberrimus doctor. 7 maxim' aſtronomus. Hac tempeſtate in precio exn̄s. nonnulla accuratiſſime ſcribit. atq3 errorem aliquātuluz. in ptolomei magni aſtronomi. calculatione adiuuenit. videlicet quo ad lune 7 ſtellar motū. ac etiam in nonnullis alijs. Hunc tamē preclarū virū excuſatum habet. cū hoc ei nō p̄uenerit. ob ingenij defectum. ver ob penuriā tempis. maxime quo ad motum octaue ſpere ad quē longū tēp' requiritur. eius theorica ac computus laude digna ſunt

Lanfrancus

Guido quidam celeberrimi nominis muſicus. patria etruſcus ex ciuitate arretio natus. Et ipſe per hoc tempus plurimū claruit. 7 canendi moduz in ſacris videlicet per flexuras 7 digitor notas dinumerādo meliuſtulum reddidit. ac regulas tradidit.

Theobaldus

Hugo cluniacenſis abbas homo ſane (p̄ter doctrinam) genere. pietate religione. clementia atq3 inſignis. per hoc tempus in odilonis abbatis loco ſubſtitutus nonnulla perſcripſit erudítione 7 laude digna.

Lanfrancus natione papienſis. doctor quidē eximius. 7 anſhelmi egregij doctoris p̄ceptor. Hijſdem tp̄ibus in gallijs inſigniſſim' fuit. q̄ cū apud pariſius legendo. ſcribēdo. diſputādo clariſſim' haberet. tact' diuino ſpiritu ſcol' abrenūciauit. 7 ad p̄pria remeauit. vbi rebus ſuis paupibus erogatis maxima cum hūilitate q̄ ad vixit ſoli deo tanq3 verus xp̄i fu' militauit. q̄ poſtea ex abbate cadom̄. fact' archieps cātuarien̄. pleraq3 bona in eccl'ijs anglie fecit. Hic p̄ ceteris libr inſignē noīe Scintillarē ꝯ berengarij errores cōpoſuit. 7 alia p̄clara edidit.

Hermānus cōtractus

Theobaldus etiā nobilis frācus vir religioſus hiſdē q3 tp̄ibus apud nos 7 doctrina 7 vite ſctitate multo ī p̄cio fuit. ac quedam compoſuit. dicenti

Hermān' p̄terea ꝯtus 7 ipe religioſus p̄ria alemān' ingenij p̄ſtantiſſ ...ui vi hac etiā tēpeſtate cū ī diuinis exercitatiſſim' eſſet. multos q̄dem 7 egregios cōpoſuit hymnos. atq3 in honorē v̄ginis marie nōnullas celebresq3 cō... fuit. inter q̄s Salue regina precipua habet. Sed de q̄dratura circuli m̄ſta 7 docte 7 acute deſcripſit. ac ...dam alia.